Quelle: https://manuscripta.at/?ID=41223
Copyright: Melk, Benediktinerstift

in omibus protegit et vincere facit sicut dicit apostolus
fidelis deus qui nos non permittit tentari supra
id quod possumus ferre sed faciet cum tentatione etiam
proventum ergo nec securus sit aliquis nec desperatus
nisi pugnaverit non vincet nec vicerit non coronabitur
sic dicit apostolus iohes vincenti dabo coronam et cum
dicit apostolus non coronabitur nisi qui legitime certaverit
Illi tamen perfecti sunt monachi qui in congregatione con-
sistunt qui sub abbatis patrie regunt ut non illa
faciunt quae volunt nec tunc comedunt quando volunt
nec tunc reficiunt quando volunt Ista est vera discretio ista
perfecta regula Nam multi adhuc adolescentes qui
nec didicerunt quid sit regula a quo 3 perfecta cui-
tus nec noverunt servare fratribus nec vanam adhuc
humilitatem apprehenderunt ambulant in loca deserta
et qui remotis esse se dicunt infelices et miseri
convenerunt semetipsos Ille enim qui in congregatione
est non solum de se habet mercedem sed et de cetera in
fratribus servando et pusillanimes fratres consolando
vel lassos pedes sustinendo corpora pedes lavando
humilitatem tenendo dilectionem cum fratribus habendo Ista
sunt instrumenta ad perfectionem monachi Nam qui
adhuc rudis est et in deserto vadit ubi se potest
probare Qualiter erit patiens quem nemo ad iracundiam
concitat a cuius voluntate corrumpit Aut unde
humilis cum non habeat cui serviat Illa est virtus
haec vera ubi suppositus sibi obedientiam non transit
ubi lassitudo iam non minuat sed ora ipsum amorem
dei cum gaudio petit et cum letitia suspirat Duo
itaque sunt praecepta quae in evangelio dominus admonet dicens